MONUMENTA GERMANIAE

II de ordine Minorum, fratrem Bencenegnam[1], qui fuit episcopus Albanensis et summus penitentiarius, et fratrem Ieronimum generalem ministrum[2], qui postea fuit Nicolaus papa IIII., et duos de Predicatoribus, fratrem Latinum nepotem suum ex sorore et fratrem Albertum archiepiscopum Cantuariensem, et dominum Iordanem germanum suum, dominum Iacobum de Columpna et III alios. Hic ad sanctum Petrum edificavit solemne palacium, ubi mandavit domos fieri pro omnibus officialibus suis et maxime pro penitentiariis, qui claudebantur sub uno cancello. Ecclesiam sancti Petri quasi totam renovari fecit et ibi auxit canonicos. Constitucionem fecit de eleccione vel (???) domino orbis[3] quorumque nomine censeatur, quod[4] unus possit eligi ad maius tempus[5] unius anni absque auctoritate apostolice sedis, quia tota civitas iuris est Romane ecclesie, ut patet per capitu-

[1] Bencenegnā C; Bentevegnam Mur.

[2] mi | strum C.

[3] B C; Prefecti Domino Urbano Mur.

[4] Defuita in Rlaimo Lorf C; post unus fos Mur. non.

[5] tpē C.